



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Nota De Constitutione Leonis 10

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

20 Fallentia.

20 Fallit in Clerico, qui relicto ordine Clericali & habitu suo, in apostasia tanquam Laicus conversatur: quia si in crimine prehenus fuerit, per Ecclesiam non liberatur: ergo videtur per iudicem secularem posse puniri per tex. secundum unum intellectum *in cap. 1. de apost.*

ADDE.

Hanc fallentiam ponit Cassaneus in consuet. Burgundia tit. de iustitia §. 5. num. 51

NOTA DE CONSTITUTIONE
LEONIS IO

Nota ulterius, quod Leo Pontifex IO contra tales Clericos ordine Clericali, & habitu relicto in Apostasia, tanquam Laicos ambulantes, & in crimine deprehensos statuerit, quod per iudicem secularem capi, inquiri, & distringi debeant, & ubi vetat omnibus ordinarijs iudicibus, ne quovis modo directe vel indirecte Iudices seculares in eo impediunt sub pœna suspensionis à divinis. Promulgata est ista constitutio Anno 1506. Hanc eandem constitutionem ad verbum posuit Cassaneus dict. loco, & quoque Bærius post deci. 59 ubi eam legere licet. Matthæus Boys. Doctor.

*Et idem in Clerico in minoribus constituto, qui effectus miles exercet arma: nam talis ipso facto perdit privilegium Clericale secundum *Inno. in alleg. cap. 1.* quem sequitur Sicut ibidem:*

R

nam

nam hoc faciendo exercet actum omnino contrarium Clericatu. Sola vero militia secundū eundem Sicu. non sufficeret, nisi exerceat arma vel fæva. Et sic ista fal. videtur in idem recidere quod præcedens: salvo quod in fallentia præcedenti non loquitur de Clerico milite. Exempla verò posita inibi melius seu saltem magis congruere videntur huic 20 fallen. quam præcedenti. idem quod Inno. & Sicul. tenet *Milis in reperto in §. Clericus ver. Clericus eo ipso* & idem Sicul. in cap. si. de Cle. conjugatis.

21 Fallentia.

- 21 Fallit in Clerico arma militaria deferente,
 28 qui si tertio monitus à suo prælato non destiterit, perdit omne privilegium Clericale, ut in cap. *audientia de sen. excom.* Ad eò quod secundum Sicul. & Doct. modo non est opus alia degradatione, quia per dictam monitionem trinam, si non deposuerit, est exutus omni privilegio Clericali, & relinquatur iudicio seculari. Et dicit ibi Sicul. idem in Clerico alias inhonestè vivente, qui si tertio monitus non se correxerit, perdit privilegium Clericale. cap. *contingit 2. de sen. excom.*

Et licet *tex. in alle. cap. in audientia.* dicat, quod tales de privilegio Clericali non debent habere subsidium, tamen Doctores illud intelligunt de omni privilegio per *glos. singularem in Cle. 1. de offic. ordi. in ver. quod privilegij.* quæ dicit appellatione privilegij Clericalis intelligitur tam de privilegio. cap. *si quis suadente*, quàm de privilegio fori, quam *glo. ibidem* sequitur Bonifac. Ioan. de Imol. & Zaba.

ADDE

A D D E.

- 22 Adde quod parricida & homicidium enorme perpetrans, puta si Episcopum vel presbyterum Clericus occidat, statim traditur Curia seculari. Bernardus Dias in praxi Criminali. cap. 90
- 23 Schismaticus quoq; Dias eodem loco, cap. 105
- 24 Idem in heretico. Dias cap. 106
- 25 Idem de receptoribus & favoribus hereticorum, cap. 107
- 26 Idem de falsarijs Apostolicarum litterarum, ut judici Laico tradantur. Dias cap. 108
- 27 Idem in lesa majestatis crimine, cap. 110
Dias hac Lancilotus in Tractat. de officio pratoris, titu. de inquisitione. numer. 8. in fine, Mattheus Boyß Doctor.

SUMMARIA AD REGUL. II.
sequentem.

1. Clerici an in causa civili possint coram seculari judice conveniri contraria consuetudine non obstante.
 2. Dominus feudi debet de causa feudali cognoscere etiam si Clerici sint Vasalli.
 3. Episcopus vel Clericus habens jurisdictionem temporalem, potest cognoscere de causa.
 4. Clericus agens contra Laicum coram judice seculari, an poterit coram eodem reconveniri,
- R 2
5. Cleri-

234 DE POTESTATE SÆCUL

- 5 Clericus an super actione reali possit coram iudice laico conveniri,
- 6 Lite mota emptori Laico coram iudice seculari, si Clericus venditor vocetur ad eundem iudicem, pro evictione ibidem defensionem suscipere.
- 7 Clericus effectus hares Laici jam conventi coram iudice seculari suscipit in se talem instantiam.
- 8 Pater emancipare volens filium Clericum, debet coram iudice seculari procedere.
- 9 Insinuatio donationis fienda per Laicum Clerico, debet per iudicem Laicum fieri.
- 10 Clericus volens contra executionem sententia per Laicum lata se opponere, non debet iudicem mutare.
- 11 Laicus hares si faciat publicationem testamenti in præjudicium Clerici successuri, coram quo iudice debeat Clericus causam agitare.
- 12 Confectio inventarij fieri debet per Laicum heredem.
- 13 Iudex secularis an possit cogere Clericum ad restitutionem, ubi succedit prædoni infraudem jurisdictionis.
- 14 Clericus apud quem ex ordinatione iudicis secularis factum est depositum, potest cogi ad restitutionem.
- 15 In iudicijs duplicibus, in quibus, si sint plures contendentes, inter quos sit unus Clericus debet ille cum cæteris conveniri.

- 16 Universitas clericorum & laicorum conveniendo, coram quo iudice convenietur.
- 17 Ubi clericus & laicus compromiserunt in laicum à suo cuius laudo fuit appellatum, coram quo erit hoc agendum.
- 18 Clericus alicui laico obligatus in aliqua pecunia summa scedula manu sua signata, an poterit coram laico conveniri.
- 19 Laicus obligatus Clerico, si pretendat obligationem factam sine causa, an possit Civiliter convenire.
- 20 Clericus an possit se obligare Curia seculari, Item quod possit per illam compelli & per illam agitari.
- 21 Papa an possit causas spirituales Laico delegare, & hoc casu Clerici tenentur coram tali respondere.
- 22 Banno per iudicem secularem in bonis Clerici appposito, si Clericus ad iudicem secularem appellet, an valebit per talem lata sententia, & an per Laicum fiet executio talis sententia contra Clericum.
- 23 Clericus communi opinione habitus pro Laico debet curia seculari subjacere.
- 24 Clericus in possessione sua Ecclesie, vel aliorum jurium Ecclesiasticorum turbatus etiam per Clericum, an possit agere coram iudice seculari.
- 25 Iudices regij possunt cognoscere in causis propri-

236 DE POTESTA. SÆCUL.

- prietatis beneficiorum in regalia vacantium
aut illorum quorum collatio spectat ad regem.
- 26 Clerici etiam prelati coguntur in iudicio
seculari respondere, ubi agitur de Ecclesia-
rum reparatione.
- 27 Pro censibus & tributis Clerici possunt civi-
liter conveniri.
- 28 Sacerdos an à iudice Laico possit dari in tu-
torem.
- 29 Clericus minor litigans coram iudice secula-
ri an illius provisioni de curatore subiacebit.
- 30 In regno Francia communiter status Eccle-
siasticus seculari subest provisioni.
- 31 Prelati Clerici contra decreta Basilien. con-
cilij & prachmaticam sanctionem intendentes
per secularem coercentur potestatem.
- 32 Clericus negotiator tenetur ad gabellas ne-
gotiationem concernentes.
- 33 Differens opponere exceptionem sibi compe-
tentem venit in expensis condemnandus.
- 34 Concubine Clericorum an subjaceant foro
Clericali.
- 35 Uxores Clericorum conjugatorum idem fo-
rum cum illis Clericus sortiuntur.
- 36 Familia Clericorum an in eodem privilegio
gaudeat cum ipsis Clericis.
- 37 Eremita an sint de foro Ecclesiastico.
- 38 Rectores hospitalium an gaudeant privile-
gijs Clericorum.

39 Fratres tertij ordinis an sint de foro Ecclesie seu Clericali.

40 Casus, quibus Clerici subjacent foro Laicali, an ipsi Clerici possint stylo, consuetudine vel statutis fori secularis ligari.

REGULA SECUNDA, CONCERNENS privilegium fori in civilibus.

Clerici in caussa civili, etiamsi voluerint, de jure non possunt coram seculari Judice conveniri, contraria consuetudine non obstante.

PRO qua est textus in cap. inclita. cap. placuit & cap. Episcopus II. qu. 1. cap. si diligenti. & cap. Significasti. de foro competenti. cap. qualiter & quando de judiciis. auth. statuimus. C. de Episcopis & Clericis.

A D D E.

Hanc regulam ponit, itemque authorem nostrum citat cum multis pulcherrimis juribus Roland. à Valle consil. 4. volum. I. nu. 13. ubi Rotam citat decis. 10. titu. de consuetud. in antiquis. Eandem hanc regulam cum iisdem limitationibus triginta duabus posuit Gabriel Saraci in additionibus ad singulare Romani 419. Matthæus Boyss Doct.